



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

lica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates, Consilia, & Communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos eos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota cogatis; quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Dat. Perusij v. Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Concedit Inquisitoribus, vt non obstante incorrectione litterarum Apostolicarum contra hereticos editarum, earum tamen virtute procedant. vide textum, & Doctores in cap. ex parte. de fide instr.

Edita anno Do.
mini 1257.

Ex Archivio
Inquisitionis.
Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hereticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruifana, & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum litteræ nostræ, quas super negotio hæresis, in Lombardia, Marchia Teruifana, & Romaniola extirpandæ, nuper a sede Apostolica fratres vestri ordinis reportarunt, processerint (sicut accepimus) in aliquibus propter nimiam festinationem incorrectæ: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus incorrectionis non obstante dispendio, quod ex superfluitate vel diminutione litteræ seu syllabæ, siue dictionis vnus vel plurius inducatur, in memorato negotio procedatis iuxta earundem continentiam litterarum. Datum Perusij, Idibus Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Hortatur Inquisitores, vt diligenter in hereticos inquirent, in eosque ac in eorum complices, (nisi conuertantur) iuxta canonum sanctiones procedant, etiam inuocato auxilio seculari, penitentes recipi debent & absolui. Si qui impediunt sanctum officium acriter coeret Papa. Inquisitores viginti vel quadraginta dierum indulgentiam largiuntur.

Edita anno Do.
mini 1252.
Ex Archivio In
quisitionis, Bono-
niensi.

† Inquisitores.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori prouinciali ordinis Fratrum Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Tunc potissimè conditori omnium acceptabile obsequium exhibetur, cum sibi pro catholice conseruatione fidei, cuius est ipse stabile ac perpetuum fundamentum, pura intentione seruitur. Digne itaque in hoc sibi prouidimus, studiosum ac placidum impendere famularum, & præcipue in partibus Italia, propter ipsarum vicinitatem, vigilare instatius ac validius satagere contra diros hostes eiusdem fidei, vt cultura salubris impèsa per vos vicinis agris agris dñicis, vtilis sit loquinis, & semen verbi diuini solum in proximis, fructificet etiã in remotis; licet Apostolica sedes tales hostes vbiq; indefessa sollicitudine persequatur, nec vnquam ab huiusmodi exercitio cessauerit, cura eius. Conuenit namque (vt quia cõtra pestem hereticam Inquisitiones † roborare ac renouare per diuersas sæculi volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita, nullatenus dimittamus, cui quanto nostris propior adest aspectibus, tãto iustius possemus argui de neglectu, nisi salutis eius attente prospicere studeremus; ideoque discretioni tuæ per apostolica scripta districtè præcipiendo mādamus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium, quod principaliter rehdet cordi nostro, in Lombardia, & Romaniola per te, ac fratres tuæ curæ commissos, quos ad hoc videris opportunos, affectu prompto suscipias, ac seruenti animo persequarissita quod si per inquisitione de consilio diocesano dicarum Lombardia ac Romaniolæ, cum omni vigilantia, & solempni prouidentia faciendã, aliquos in eis de contagio prauitatis hereticæ culpabiles vel infectos inuenieris, aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores & fautores eorum, humano timore postposito, iuxta sanctiones canonicas, Apostolica auctoritate procedas: inuocato ad hoc contra eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; contraditores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Si vero aliqui heretica labe penitus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ consuetis diocesanis, eisdem beneficium absolutionis impendens, iniungas eisdem, quod iniungitilibus consuevit: *Prouiso solerter ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & te, immo potius se fallentes, sub agni specie gerant lupum.* Verum quia tam salubre negotium super omnia promoueri cupimus, propter quod impedimenta qualibet ab ipso intendimus penitus, cum Dei adiutorio, remouere; quia si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas vel communitas, siue aliqui magnates, vel nobiles seu potentes, huic negotio se opponere, aut illud presumpserint aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis, procedi liberè in eodem, immo nisi fouerint illud & inuerint studiosè nos proculdubio ad comprimendam tam superbam & perniciosam audaciam, & omnimodo confundendam, in illos gladium ecclesiasticæ potestatis acriter extendemus. Et reges, ac principes, alioque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ successu, siue aliàs pro Christi seruitio

Officio Sanctissime Inquisitionis.

A nicio Crucis charta esse insignitos, necnon & ceteros catholicos inuocabimus contra eos, ut & ca-
 lum, & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur, cum non minus expe-
 diat, immo magis fidem in locis propè positam, quam procul distantibus defendere. Quia enim su-
 ligimus) vitare discrimina; idcirco scribimus, quòd ista palam exponere ac prænuntiare procures,
 populos ipsarum partium diligentius admonens, ut debitum habentes respectum ad negotium me-
 moratum, nullum prorsus promotioni eius inferant nocumentum, sed potius in exequendo illo tibi
 nns dimitemus, quin per reges ipsos, & principes, aliosque fideles dictum promoueamus negotium,
 sicut superius est expressum. Ut autem prædicta per te, ac fratres eosdem possint liberius ac vtilius
 exerceri, tibi ac eis largiendi vincti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum
 videbitur, omnibus verè penitentibus, & confessis, qui ad tuam & ipsorum fratrum prædicationem
 propter hoc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum
 Brinxæ v. Calen. Octob. Pontificatus nostri anno nono.

Ita in archie-
 typpo, sed possu-
 mus, videtur le-
 gendum.

INNOCENTII V. III.

Præcipit secularibus principibus, & magistratibus, ut hanno supponant eos bonis etiam publicatis, quos Inquisitores, aut hereticos, aut hereticorum complices declarabunt.

I nnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris vniuersis mar-
 chionibus, comitibus, baronibus, ac potestatibus, rectoribus, Consulibus, & Communibus
 ciuitatum, & aliorum locorum, per Lombardiam, Marchiam Taruisanam, & Romani-
 lam constitutis, Salutem, & apostolicam benedictionem.

Edita anno Do-
 mini 1251.

C VM Fratres Prædicatores generaliter in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola con-
 tra hereticos, & omnes sectas eorum quocunque nomine censeantur, ad extirpandam inde tam gra-
 uis contagij pestem, & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pestilens, duximus ꝛ de-
 putandos: vniuersitatem vestram rogandam, hortandam, duximus ꝛ attendentes, & monendam, per Apo-
 stolicam vobis scripta districtè præcipiendo mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquisitores eos-
 dem, vel per alios de ipsorum mandato pro hæresis criminis: vel pro defensione, seu receptatione,
 aut fauore hereticorum, excommunicationis innodati vinculo, vel denunciati excommunicati pub-
 blicè fuerint, bonis confiscatis ipsorum, banno publico exponatis; aliis contra eos temporali-
 ter expedire videritis, in fulcimentum catholice fidei potestate vobis tradita processuram, quin no-
 ueritis nos eisdem Inquisitoribus, nostri litteris iniunxisse, ut vos ad id per censuram ecclesiasticam
 appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Idus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

Ex Directorio
 Sabellano fol.
 33r.
 duxerimus.

INNOCENTII V. III.

*Principes seculares, & quilibet magistratus, Inquisitoribus moniti, & requisiti pareant, & auxi-
 lium & consilium, & fauorem præstent: alioquin summus Pontifex iuras in eos sententiar ob hanc cau-
 sam, iuras habebit.*

I nnocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris vniuersis marchioni-
 bus, comitibus, baronibus, & potestatibus, rectoribus, consulis, & communitatibus ciuitatum,
 & aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Teruisanam, & Romaniolam constitutis, Sa-
 lutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Do-
 mini 1251.

E X comissi nobis apostolatus tenemur officio super gregem Dominicum vigilare sollicitè ac
 prudenter, ut pestis hæretica prauitatis, quæ dum serpit ut cancer in vniuersali Dei Ecclesia, qua
 plures corumpit fidelium, & plurimos mortaliter fauciat, exactè diligentia studio, ab ipsis eminus
 propellatur: ac tanto propensius intendatur ad tam pestiferi morbi curam per nos & alios, qui sunt
 animalia occulta, & lucerna ardentes super eiusdem candelabrum, quanto grauior ex contagio ip-
 sius morbi, & pestilentior animarum sequitur corruptela. Cum igitur fratres ordinis Prædicatorum
 Inquisitores generaliter in partibus Lombardiæ, Marchiæ Taruisanæ, & Romaniolæ duxerimus sit
 per huiusmodi negotio deputandos; ut ipsorum prudentia deprehendat huiusmodi pestis conta-
 gione infectos: qui siquidem latentes in eisdem partibus demoliuntur quotidie vineam Domini,
 tanquam vulpeculæ caudas habentes colligatas in vnum, ꝛ sed diuersas ad magis nocendum facies
 prætendentes: vniuersitatem vestram rogandam, hortandam duximus, & monendam, per Apo-
 stolicam vobis scripta districtè præcipiendo mandantes, quatenus ad reuerentiam Apostolicæ sedis, &
 nostram, eisdem fratribus in ipsius prosecutione negotij, cuius quidem salutaris effectus, profectus
 est catholice fidei, ac hæreticæ peruersitatis defectus, requisiti ab eis, opportunum impendatis auxi-
 lium, consilium, & fauorem: & sic eis brachij secularis potentia, cum necesse fuerit super hoc fau-
 orabiliter assistendo, quòd aduersus tales, liberè potestatis ecclesiæ sibi commissæ valeant exercere cen-
 suram:

Ex Directorio
 Sabellano fol.
 33r.

Ex Directorio
 Sabellano fol.
 33r.

Ex Directorio
 Sabellano fol.
 33r.
 Excommu-
 nicamus, & scri-
 de hæret.